Falcuccius, Nicolaus: De febribus
Italien, [um 1462-1470 (?)]




quietis et diebus horis interpollationis
ante cibum in locis temperatis et tutis ab aere
et nebulis In horis autem paroxismorum
et exacerbationis quies magis est ve
hemens Motus enim inquietudo et
revolutio commovent humores et ebullire
faciunt febricitantes etiam et maxime a
cute dent tacite et silentes stare et
parum loqui locutio enim motus quidam
est et lingua desinat Fricatio vero
ut patuit in sermone precedente vicina
est motus Et in dicto sermone pre
cedente dictum est de speciebus fricationum
et effectibus cuiuslibet speciei in parum
et ad huc in particularibus curis plenius
continetur ¶ Dixit gal' 8° de regimine
sanitatis et ponitur a Rabi 8a particula sic
membra dolencia temporibus quietis mor
bi sunt fricanda propinque sita fricatio
ne in membris rectis Et hoc ut excite
tur calor naturalis in eis et resolvatur
scilicet que nunc in ipsis continentur sic enim for
tificantur membra ipsa et prohibentur
per huiusmodi fricationem tempore ipso factam
generatio doloris membris dolentibus
Et maxime cum fiet fricatio eorum ante
accessionem per duas vel per tres horas
sed in horis in quibus excitatur do
lor in ipsis membris dolentibus Et
maxime cum fiet fricatio eorum ante acces
sionem per duas vel per tres horas sed in
horis in quibus excitatur dolor in
ipsis membris est ab eorum fricatione
cessandum ¶ Conveniunt insuper frica
tiones temperate ante cibationem in egris
corrotantibus non potentibus exercitium
tollerare ¶ Conveniunt etiam fricatio
nes ante principium paroxismorum interpolla
torum per duas vel tres horas aut saltem
per unam forte plus et minus secundum exigen
tiam durationis inde febris et secundum tol
lerantiam virtutis ¶ Dixit gal' 3° regimine
acutorum quod in diebus ypocratis balnea facta
non erant sed quando volebat balneare ca
lefaciebat aquam in vasis et fundebat
in tina deinde sedebat in tina sed
tempore Gal' balnea facta erant ha
bentia 4or domos in quarum prima aer est
calidus In 2a est aqua calida et ista
est que principaliter dicitur balneum In 3a
est aqua et aer ambo frigida Et
in 4a aer temperate calidus prima
domus calefacit et rarificat et re
solvit 2a calefacit et humectat 3a in
frigidat et humectat 4a magis resolvit
tincta cutem exeuntem et in ista fit su
doris abstersio et ipsius iteratio ¶ De
prima harum domorum dixit Gal' 10 de
terapeutice in prima domo balnei in qua

aer continetur calidus — nitros eorum
qui indigent paratur et ad huc pa
tiuntur et ad hoc plures in quibus multi
tudo est mordacium superfluitatum Et uni
versos eos qui in invasionibus febrium vel
ascensionis et eos qui in statu preter
paucos qui essent illi in quibus pauce
essent superfluitates decent horrere si in
trent In balneo enim non horrent in quibus
non est mordax superfluitas vel est tam
pauca ut de facili evacuetur ¶ Et dixit
hys qui non horret in balneo balne
um rarificat cutem et poros superfluitatum
evacuat taliter equaliter per totum corpus
facit Et facit remissionem eorum que sunt
tensa quia mollificat ea et humores opi
latos per membra effundit ¶ Et subdit rari
ficatio et superfluitatum evacuatio et molli
ficatio tensionum que fiunt per balneum in morbis
febribus utiles sunt sed neque effusio super
fluitatum neque caliditas in omnibus
febribus est utilis quia caliditas addita per balneum
in omnibus febrientibus est contraria qui in
frigidari indigent non calefieri ef
fusio autem superfluitatum equaliter omnibus
particulis dictis non est inepta humidi
ficatibus vero non semper est utilis sed
cum flegmon sitis in corpore existit
vel multitudo qualiscumque sive que
ad virtutem sive ad regionem valorum
omnium est nobilissima quia propter diffusio
nem humorum fluentium augentur fluxiones
et tenditur tumor valorum non sufficientium
multitudinem neque virtus hoc pa
titur ¶ Sed in calidis et siccis dispo
sitionibus ut ethicis effusio non est peri
culosa sed calefactio est obnoxia
Et voluit gal' quod ista aqua esset dulcis
potabilis unde prima ad glauconem
loquens in febribus ait balnea marina
salsa nitrosa et sulfurea et si plus
evacuent de colera scilicet aque dulcis
minus tamen privat potabiles ymo melius
est dicere ea nichil privare quando ma
gis sint nocentia qualitatibus suis quam
privatoria evacuationibus ¶ De 2a cavillat
domo dixit Gal' ubi supra in hac
humectari proficuum est calefieri autem
non ¶ Et de 3a domo que est frigida
dixit in ea infrigidatur sine tal
titia que calefacta sunt roboratur virtus
et si qua pars ultra mensuram calefac
ta est remittitur et omnia secundum mode
rationem revertuntur de balneo aque
frigide dicetur in hoc capitulo ¶ Et de 4a
domo dixit in eo conditur quod omnia
bene gesta sint et post frigidum ubi su
dat et ad hoc omnia eorum evacuatur
superflua ¶ Tempore autem quo balneum

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs224/0099
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg